

precibus, et pecunis etiam plurimis, ut sibi sepulcri cura committeretur, enixè elaborarunt: Judei præ ceteris, quod Moyses eorum esset legislator, sibi comiti sum adjudicari. Tuncarum princeps, quod Jesu Christi Ierosolymis, Mahometi Mecca, et Moysis sepulcro in monte Nebo potiretur, quam maximè effervebatur.

Jesuitæ, Hornius subdit, omnium spem eversuri, illud à Turcis impetrarunt, ut sepulcro, et viis omnibus eò ferentibus oculis, ne quis se illib conficeret, capitio pond interdicteret. Quamobrem Damasci prefectus Morat Sanjace Jerusalem, et Sarepta imperavit, ut antrum, et ad illud adiutum omnem intercluderet. Jesuitarum verò mens ea fuerat, ut corpus Moysis subreptum in Europam ipsi transevererent. Quibusdam itaque montis Libani Drusis assumpsis, ad antrum eam profecti, recluso sepulcro nill inventere. Cum nullum in ipsius sepulcri quidquam asportare conarentur, Jerusalem Sanjacus re cognitum, milites misit, qui durios increpatos à capitulo prohibuerunt; saxisque ingentibus eò devoluti, viam omnibus omnino imperviam reddidere. Quia quidam maximam Bizantio turbarionem crearunt; verùm inter sapientes quid de eo sepulcro cogitandum, non conveniebat; donec Judæus quidam filius Gad, Sarepta incola, Jechonias nomine, librum edidit, quo inventum loculum non Moysis Hebreorum legislatoris, sed alterius longè junioris Moysis sepulcrum esse ostendit. Tum de invento Moysis sepulcro spec omnis evanuit.

Hec Hornius, que plurimis sanè difficultibus evoluntur. 1^o Jechoniam filium Gad Sarepta incolam, qui inventum sepulcrum Moysis non esse scriptis, nunquam exitisse putamus (Bartolom. tom. 3, p. 950; Basnac. Continuat. Histor. Judeor. tom. 4, l. 6, c. 17, edit. Paris.), 2^o Maronitarum patriarcha anni 1655, non Matazat, sed Joannes vocabatur; cui anno 1657 Georgius Beschiel successit. 3^o Damasci prefectus, qui eam provinciam gene-

bat, Beschis non *Morat* appellabatur, qui deinde summus viri constitutus, Damasci regimine in filium suum *Maimé* collato, quadriginta post novam dignitatem diebus, praefocatus interierit. 4^o Arduum nimis et incredibile, quod pastores Libani usque ad montem Nebo, leuci septuaginta dissimil at pascua greges suis agerent. Neque illud similius vero, quod capelle trium dierum itinere à grege secederent, et ad pastores suos inde revertentes. Cetera demum hujus historia circumstantia fabellam undique praeferunt; quare et hanc inter ea numeramus, que ab Iudeis in Moysis *Pethirath* recentur.

Illud vero de Moyse certò scimus, quod non morbo, aut senio confectus sit; in mortis enim articulo *nec oculi ejus caligaverant, nec moti fuerant dentes* (Deuter. 32, 47), sed Domino jubente interierit, et quod ad calcem montis Nebo, seu Phasagera sepultrum traditus fuerit; quamvis an Eleazar et Iosue eundem tumularerint, an verò Deo mandante per se ipsum Moyses in loco, ubi decessit, sese componeret, ignoramus. Scimus praterea, S. Michaelen cum demone de Moysis corpore disceptasse; qui in discrimine S. Michael gravioribus verbis demonem minime excepti, emuntasse contentus: *Imperet tibi Dominus*. Hujus verò disceptationis circumstantiae latent; quæ quidem sensibili modo instituta non fuit. S. Michael, demoneisque natura accommodatus, eundem prohibuit, ne Moysis sepulcrum Judæis proderet, eosque ad idolatriam faciliter impelleret.

Locum denique, quem S. Judas producit, ab apocrypho libro, de *Mosis Assumptione* inscripto, longè alio ab utriusque, quos Gauminus Parisis 1629 edidit, et *Pethirath* Mose appellavit. S. Apostolus, justa Patres, exhausit. Ipsum verò librum de *Mosis Assumptione*, a nobis omnino deperditum, ante Christi adventum, eodem fabularum gusto, quo uterque *Pethirath* post templum à Romanis eversum, græce conscriptum arbitramur.

INSTRUCTIONS ET MYSTERIA

QUE IN SINGULIS PENTATEUCHI LIBRIS CONTINENTUR.

1. GENESIS. — Per Genesim primò nobis innotescit essentia ipsa Dei, quem docetur esse Eum supremum, auctorem et principium om-

nium entium, creatorem orbis et omnium ejus motuum auctorem, et eum in quo nos ipsi vivimus, movemur et sumus.

quem elunda est injurya quam Deo influit Adamæ inobedientia. Et misericordiam Dei arguit, tum electio gratuita quæ Abraham, Isaac, Jacob, eorumque posteri ad formandum Dei populum adscribuntur, tribusque Iudea ut ex eis Messias exoriat, tum in promissio gratiæ etiam beneficendum esse omnibus nationibus in persona hujus divini liberatoris, ex quo velut ex fonte profudent in omnes gentes colli benedictiones.

Illi divinus Redemptor promittitur primò Adamo qui modò peccaverat. Reipsa ad Noe, qui solus caput novarum gentium fit, promissio devolvitur; ad Sem transit, unum ex ejus filiis qui dux factus est stirpis electæ; fixa manet super Abraham quem Deus expressè vocat ut ex eo sui populi ducem, omnium credentium patrem et exemplar faciat: hanc iterat; hanc vicissim repetit Isaco Jacoboque Abramam filio nepotique; hic eam transmittit filio suo Iude, ut duci tribus unde exorturus est hominum Redemptor.

Justitia ejus appetat in penitentiâ quam homini peccatori, seminique illius imponit, tum in variis penitibus afflictum veterem orhem, aquæ diluvio scilicet, Sodomam et Gomorrah pluvia ignea, totique alios peccatores à quibus ponam culpam per ipsam vitam repetit.

Providentia ejus patet in curâ quæ Deus omnia qua inter homines aguntur regit, quæ insanas eorum libidines sapientiam consiliorum suorum ministras esse cogit, ut videre est in historiis sanctorum patriarcharum, Abramini, Isaaci, Jacobi, Josephi.

Præscientiam suam manifestat facit securitate quæ prænuntiat Noe diluvium; Abrahamo ipsius posterorum varios status, Sodomæque ruinam; Jacobo, qui sors maneat tribus ex duodecim ejus filiis nascitur; Josepho, exitum Israel de Egypto, reditum in terram Chanaan.

Misericordia ejus supra omnia ipsius opera effulget: specialiter in promissio quo pollicetur homini semper hominis peccatum esse reparandum, et in modo quo promissum adimpletur. Satanæ homini persuaserat, si de fructu prohibito comedere, ipsum Deo similem futurum esse, homoque, Dei præceptum frangens, se bestiis assimilaverat. Deus, ad reparandum homini casum confundendaque Satane consilia, Filium suum homini similem fieri vult, ut in ipso et per ipsum verò similis Deo homo efficiatur; quia Satanæ per feminam ministerum hominem seduxerat, Deoque rebellem fecerat, Deus ex sola feminâ vult nasci hominem Deum per quem salvandus est homo, per

quem elunda est injurya quam Deo influit Adamæ inobedientia. Et misericordiam Dei arguit, tum electio gratuita quæ Abraham, Isaac, Jacob, eorumque posteri ad formandum Dei populum adscribuntur, tribusque Iudea ut ex eis Messias exoriat, tum in promissio gratiæ etiam beneficendum esse omnibus nationibus in persona hujus divini liberatoris, ex quo velut ex fonte profudent in omnes gentes colli benedictiones.

Illi divinus Redemptor promittitur primò Adamo qui modò peccaverat. Reipsa ad Noe, qui solus caput novarum gentium fit, promissio devolvitur; ad Sem transit, unum ex ejus filiis qui dux factus est stirpis electæ; fixa manet super Abraham quem Deus expressè vocat ut ex eo sui populi ducem, omnium credentium patrem et exemplar faciat: hanc iterat; hanc vicissim repetit Isaco Jacoboque Abramam filio nepotique; hic eam transmittit filio suo Iude, ut duci tribus unde exorturus est hominum Redemptor.

Ne Deus tantummodo hominibus promittit divinum Salvatorem, sed et in Adamo ejusque nepotibus multa facta inveniri vult, quæ, sub velo parabolarum et ænigmatis mysteria hujus Redemptoris et quidquid ad illum spectat, prænuntiant. Sic mors ejus in cruce, ubi ex latere transfixo Ecclesiam, sponsam suam gignit, representatur in illo sopore Adami per quem Eva, uxor homini, ex costâ mariti nascitur; injusta violentaque nex quam ex iniuriosis fratribus accipiet, fingitur in Abel à Caino fratre suo trucidato; abdita Deoque omnino sacra vita figuratur in Henoch, ante Deum gradiente; qualitas ejus Salvatoris mundi, in salute quam Noe orbi affert; regale ejus sacerdotium, in Melchisedech; ejus sacrificium, in Isaac; labores ejus, in Jacob, dolores ejus et resurrectio, in Josepho humiliato, deinceps exaltato; ejus inter gentiles regnum in Josepho Egypti imperante; futura Judeorum revocatione, in Jacobi liberis cum Josepho fratre suo reuocatis.

Ecclesia, hujus divini Salvatoris sponsa, representatur tum per Eam, uxorem primi hominis, viventemque matrem, tum per arcam ubi Noe cum familiâ suâ diluvium universale effugit, quo ceteri omnes extinguuntur; tum per Saram, uxorem Abrahami; per Rebeccam, uxorem Isaici; per Rachel, uxorem Jacobi; per Aseneth, uxorem Josephi.

Discretio quæ Deus reprobatos ab electis se Jungit, et specialiter Iudeorum incredulum à

populo fidei, tum ex Judeis, tum ex gentibus, significatur à Caino fratribus ejos, Abele et Seth, filii Adami, à Chanaan, fratribusque ejus Sem et Japhet, filii Noe, ab Ismaele et Isaco, filii Abrahami, ab Esau et Jacobo, filii Isaac, à Joseph ejusque fratribus, filii Jacobi, à Phares et Zara, filii Iude, à Manasse et Ephraim, filii Josephi.

Creatio mundi visibilis imago est creationis mundi spiritualis quem Deus per Iesum Christum creavit. Multoties in psalmis David id nos monet, quum miracula redemptiois sub imagine miraculorum creationis depingit. Ihus symboli veritas à prophetis confirmatur, quum formationem Ecclesie annuntiantes, dicunt Deum celos novos et novam terram creaturam. Sanctus Paulus ipse nobis prima rudimenta hujus allegoriae devolvit, dicens: *Eritis aliquando tenebre, nunc autem lux in Domino*, vel quum evangelicam missionem his verbis expandit: *Qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipsa illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientie claritatem Dei, in facie Christi Iesu*. Distincta lux à tenebris, terra à mariibus, significat quomodo sejungit Ecclesiam suam, luminibus fidei illustram, discrepantem de gentibus non sanctis, ab istis populis quos obscurant infidelitas, quibus sua dominatur libido. Arboribus et plantae, terra ornamenta, sol, luna et stelle, celi ornamenta, simulacra sunt ipsius Iesu Christi, Ecclesie ejus, turbaque electorum, qui sunt ornamenta orbis spiritualis. Pisces et aves, domestica, fera, vel repentina animalia representant homines in mundo viventes, haerentes terrenis, vel à mundo segregatos et ad colum continuo ardentes animis tendentes. Denique, primus homo, Adam, à diu Iovis vocata forma futuri, id est, venturi Iesu Christi ipsius, quem Apostolus vocat secundum hominem, novissimum Adamum. Sieque sanctus Paulus exponit concludit illam operis sex dierum allegoriam, nec aliud cura relinquit quām explorationem relationum per quas inter se junguntur extremitates.

In verbis ab Adamo, Evā uxore conspecta, protulit: *Homo adhuc erabit uxori sue, et erunt duo in carnis una*, indissoluble matrimonium esse Jesus Christus nobis aperit, divulgus Paulus nobis detegit magnum et ineffabile mysterium nuptiarum inter Christum ejusque sponsos Ecclesiam. Idem nobis exhibet Apostolus septimo die Deum quiescentem, quasi imaginem quietis quā per aeternitatem electos

suos beabit; quasi desponsatas Jesu Christo' futurasque ejus uxores, vult ut animas nostras habeamus, timeamusque ne Serpens qui *Eram* seduxit et nos ipsos seducat. *Cruorem Abelis cum Christi cruce comparat Joannes*, nosque monet ne Caini maleficia amulemur.

Iesus Christus, in Evangelio, ipse confer quod in *dilectus Noe et Lothi accidit*, cum libe que futura sunt in die quā Filius hominis a parebit super nubes, orbeum iudicaturus. Diluvium universale, Sodomaque excidium in fundum representant anathema quo Deus in fine seculorum totam reprobarum turban exercabitur. Sanctus Petrus etiam in aquis diluvii imaginem nobis exerit aquarum baptismalium, quae nos puros et salvos faciunt, ut aque diluvientes terram puriores, salvumque cum familiā sua Noe fecerunt. Sancti Petrus et Iuda concordi similitudine ostendunt nobis ignem quo Sodoma Gomorrhae consumptae sunt, ut simulacrum flammarum aeternarum quis vorabuntur iupi.

Jamque David obseruavera promissum Messiam simul futurum esse totius terre regem, sacerdotem in eternum secundum ordinem Melchisedech. Ilanc allegoriam evoluti sanctus Paulus nobisque innumeris relationes inter Iesum Christum et Melchisedech patefecit; adeò ut, eo iudice nos doceat ipsum Scriptura sacre silentium, quin Melchisedech neque patrem, neque matrem, neque stirpem, neque principium, neque finem attribuens, cum ideo magis Filio Dei, sacerdoti aeterno, assimilat. Nobis Abramum ostentat non solum ut credentium patrem, tum Iudeorum, tum gentilium, sed etiam ut nostrarū fidei exemplar. Sanctus Paulus uxores christianas jubet Sarum sicut matrem venerari, imitarique erga maritos suis ab illā prolatum Abramino obsequium, Sanctus Paulus asevit, omnia quae de duobus Abramiani uxoriis, Agar et Sarā, de ipsarum filiis Ismail et Isaco dicta sunt, allegoriam esse, quā finguntur et duo populi, et duorum populorum duplex fedus. In Isaco, sacrificio suo superstitio, nobis parabolam indicat resurrectionem Jesu Christi predicantem.

Sancti Patres viam ingressi sunt à Iesu Christo Apostolique jam tritam. In antiquis factis detexere nobis fontem edificiorum morum, instruendaque fidei. Sanctus Augustinus ut certum principium profert, quod eorum sanctorum qui praecesserunt tempore nativitatem Domini, non solum sermo, sed etiam via, et conjugia, et filii, et facta, propheta

et fuit hujus temporis quo per fidem passionis Christi ex gentibus congregatur Ecclesia.

Eadem ac sancti Patres viam tenuere doctissimi peritissimique interpres, utque illi, arcana mysteria investigaverunt, quae velo eventuum libro Genesis mandatorum operiuntur. Pretermittimus iam dicta de arca Noe, historia Abrahami, Jacobi, Josephi, tum in introductione, tum in Pentateuchi commentaria. Ibi varia reperierte est explicandis mysteriis non inutilia.

Exodus. — Si hominibus innouit essentia Dei per grande opus creationis, que se esse ens supremum solum entium omnium principium probat, longè adhuc mirabiliori modo inclinari in exitu Israel de *Egypto* et ejus in terram Chanaan introductione, siquidem, adimplendo promissa Israelitarum patribus, se manifestat ut ens immutabile, quod erat, est et erit, quodque omnia sapientia regens, potentia suā excutiri omnia que bonitate infiniti pollicitum erat. Illud ipse Moysi notum fecit, quem ad liberandum populum suum summibat: *Ego ENS, qui apparui Abraham, Isaac et Jacob in Domino omnipotente et nomen meum JEHOVA (quod significat ENS) non indicavi eis; nepegi fodus cum eis ut darem eis terram Chanaan quod prius cum Abraham, Isaac et Jacob* Et scietis quid ego sum ENS..... Inducatis vos in terram... *Ego ENS*. Per promissionum adimpletionem scietis quia sum Ens immutabile et omnium Dominus.

In hac liberatione eminuit non tantum immutabilitas divina, tum in essentiā, tum in decretis, sed etiam quantum se præferat ejus potentia, apparuit tum in signis repetitis quae in *Egypto* operatur ut Moysē suum esse ministrum et interpretem manifestaret, tum in transuendo Rubrum mare, cuius aquas scindit ut via patet libera populo suo, deinde agglomera, ut persecutores gentis electa *Egypti* immergerentur. In omnibus Scripturis veteribus commemorantur hac signa, continuo iterantibus Deum et in brachio extenso, id est, omnipotēsus virtute explicata

Justitiam ejus præsertim reperies in inductione cordis Pharaonis de qua re interest, ut annotetur et recte intelligatur violenta vox quā utitur, quām de rege loquens, multo iterat audiens Moyses hoc verbum: *Indurabo eum*, id est, sinam ut ejus cor obdurescat; Deus enim non malum ipse facit, sed permitit, justo iudicio peccatorum innate malitia dedi-

tum cerebrumque; sieque, ut notat sanctus Augustinus, quām Deus indurat peccatorem, non ipse in corde santis celestam inducitatem inserit et creat, sed tantum abstinet ab illā misericordiā, quam exercendo posset duritatem cordis superare. *Nec obdurat Deus impertiendo maliūm*, ait D. Augustinus, *sed non impertiendo misericordiam*; quāmque Deus non impertitur hanc misericordiam, verē dignus et immortibus cum recusat: *quibus enim, ait jam citatus auctor, non impertitur, nec digni sunt, nec mereentes, at potius ut non impertiat, hoc digni sunt, hoc merentur*.

Illecebus ejus sapientia in bona quod ex ipso malo exprimere scit, et ad quod assequendum malum permittit. *Hoc non docet per Moysem Pharaoni dicentem: Posit te ut ostendam in te fortitudinem meam, et narretur nomen meum in eum terrā*. Propterea constituit eum in solo *Egypti*; propterea regnante justo iudicio derelinquit, duritiae cordis sui prædam, ut Domini jussibus rebellis, dum ejus populum coercere nititur, manifestam faciat in se fortitudinem et potentiam Domini liberantis.

Misericordiam ejus testatur tūm liberatio Israelis, qui tot beneficiorum immemor, continuo murmuribus Moysē, aut potius Deum ipsum, cuius legatus est Moyses, fatigat, tūm precipue in hac voce ad Moysē, quām ostensurum se gloriā suā ei pollicetur: *Misericordia cui voluerō, et clemens ero in quem mihi placuerit*.

Audiendus est divus Paulus, quām ipse hos textus confert, et applicat atissimo predestinationis mysterio: *Quid ergo dicemus? ait Apostolus, numquid, iniquitas apud Deum Absit. Moysi enim dicit: Misericordia cuius misereor, et misericordiam præstabō cuius misereor: Ergo neque voluntis, neque currentis, sed misericordis est Dei. Dicit enim Scriptura Pharaoni: Quia in hoc ipsum excitavī te, ut ostendam in te virtutem meam et annuntiatur nomen meum in universā terrā. Ergo cuius vult miseretur, et quem vult indurabit. Dicis itaque mihi: Quid adhuc queritur? Voluntati enim ejus quis resistit? O homo, tu quis es, qui respondebas Deo? Numquid dicit figuramentū ei qui se finxit: Qui me fecisti sis? An non habet potestatem figuram lutis ex eadem massa facere aliud quidem vos in honorem, aliud verō in contumeliam? quid si Deus vobis ostenderet iram et notam facere potentiam suam, sustinuit in multā patientiā vasā ire apta in interiū, ut ostenderet dignitas glorie sua in vase misericordie quo preparavit in gloriam.*

Dogma aliud maximi momenti Jesus Christus ipse nos docet in Exodo, immortalitatem scilicet anime, et per necessarium consequentiam, resurrectionem futuram corporum; nam dicit Jesus Christus Sadduceis qui hanc esse negabant: *De resurrectione mortuorum non legitis quod dictum est a Deo dicente vobis: Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob; non est Deus mortuorum, sed viventium; sic ergo magnoperè erratis.* Abraham ergo, Isaac et Jacob vivunt, quamvis hanc mortem subierint, per quam corpus ab anima separatur. Mortuum est corpus, anima autem vivit, eaque vivente et corpus reviviscit, quia formata est ut cum corpore coniungerebatur suo, et secundum est corpus electorum Dei, quod meritorum anime participie fuit, quam ei sociaret, anima etiam rursus adhaerere, in participationem remuneracionis, ut et justum est corpus peccatorum, quod demerens anima socius fuit quoniam ipsi adhaeret, tandem anima rursus jugatur, in participationem supplicii. A tribus Evangelistis sancto Mattheo, sancto Marco, sancto Joanne, haec vox Jesu Christi commemoratur.

Ipsa nobis representatur Jesus Christus in Exodo, 1º per Moysen et Aaronis personas. Illum Moyses representat, ut legelatore, mediatore, redemptorem; Aaron, ut pontificem. Nam, quamvis longè praecepit ministerium Jesu Christi ministerio Moysis et Aaronis, unum cum alio comparat sanctus Paulus, relationes et differentias simul illustrando. Considerate, inquit, Apostolum et Pontificem confessionis nostrae Jesum, qui fidelis est ut Moyses, et vocatus à Deo tanquam Aaron. Hic sufficienter memorant omnia quae sanctus Paulus de hoc subiecto disserit.

Duabus figuris expressius adhuc Jesus Christus in Exodo representatur, paschali agno scilicet et manna. Ex quae inter Iudeos appareat, sanctus Joannes Baptista Salvatorem divinum his verbis indicat: *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi;* ecce qui per errorem summum mandabit peccata vestra, angelo exterminatori vos subripiet, a servitio demonis vos eximet, ut fodus cum Domino incatius. Sanctus Joannes Evangelista nos docet revera agnum paschalem imaginem esse Christi etiam similem in cæmeriosis quibuscum ritè immolabatur, sicut per prescriptiōne agno rumperent ossa, prædictum fuerat quod evenit Jesu Christo crucifixu, cuius ossa rupta in cruce non fuerunt, dum contra duobus latroni-

bus inflicta est id supplicii genus. Altius adhuc penetrans sanctus Paulus in agno paschali ritè immolato et ritè manducato documentum nostra fidei morumque normam ostendit: *Expurgate, inquit, vetus fermentum, ut sitis nova conspersio sicut exis azym. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus; itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ et nequitiae, sed in azymis sinceritate et veritatis.* In memoriam nobis etiam revocat sanctus Petrus accurassimè, non in corruptibilius auro vel argento non fuisse redemptos, sed pretiosissimo sanguine quasi Agni immaculati, Christi. Denique, in Apocalypsi, Jesus Christus ante thronum Patris ostenditur quasi stans et immolatus Agnus: stans, quia vita fruatur, et quasi immolatus, ex eo quod post resurrectionem vulnera accepta cicatricibus indicat, signaque immolationis sua servat; et pleniorum, in Apocalypsi, suavissimo nomine Agni designatur.

David etiam ad mysteria in Exodo conclusa animos nostros erigit, tunc quoniam nos moneta facta à se commemorata et consignata esse parabolas et enigmata, tunc quoniam mannam voca frumentum celi, panem angelorum, etiam panem Dei; Judæi enim hoc verbum Jesu Christo commemorantibus, et illud mannam esse interpretantibus, dixit Jesus ad eos: *Amen, amen dico vobis, non Moyses vobis dedit panem de celo; sed Pater meus datus vobis panem de celo, qui dat vitam mundo.* Ego sum panis vita; ego sum panis vius qui de celo descendit. Si Jesus Christus nos certos facit, omnes quod David de manna dixerat, vera parabolæ et enigmatische dictum fuisse, panemque celi, panem Dei quem nuntiat, idem esse ac mannam eucharisticam, que sola manna nomen meruit. Altius etiam nos intropisciare facit Apocalypsis, nobis in sanctuario mannam occultam ostendens, ut imaginem beatitudinis quæ de terra in aternitate reservatur etatis: *quia enim vero, ut in hac terra sub velo sacramenti Jesu Christi adjungitur, sic in celo contemplatur eum facie ad faciem, ipsi perfectiori et longè magis familiariter modo adjuncti erimus.* Sie in deserto mannam edimus, mannam et in sanctuario celesti esuri, sed ea ratione, quan nec verba pingunt, nec mens cogitare nostra potest, ita ut verè occulta nobis sit manna.

Sanctus Paulus non solum per mannam quæ vescebantur Israelitæ in deserto intelligi vult escam spiritalem quam à Jesu Christo in Eu-christi accipimus, sed etiam nobis indigat

petram ipsam unde exoribatur aqua ad Israëlitarum potum, ut imaginem Jesu Christi qui Christianos viventes alit in mundo, qui eos monet, sequitur, et circumdat per gratiam et et Spiritum suum, usquedam in terram verè promissam introierint. Latius etiam expandit inclusa in Exodo mysteria: aquas maris ab Israëlitis superatas, aquas nubis eos praecedentes, ut imaginem aquarum baptismationis; montem Sinai ut simulacrum Ierusalem terrene, in secretum metus generantis indicat; legem in hoc monte dataum, ut pedagogum homines ad Jesum Christum adducturum, ut ex eo per fidem acciperent quam ex se ipsa lex dare nequerat, plenam justitiam; velut Moysis quo coactus os suum in conspectu populi cooperavit, ut imaginem obsecratorum usque in hunc diem Iudeorum. Alibi disserit de jussu quod dedit Dominus in Exodo, quoniam Moysi tabernaculum ordinandum construendum committens, addit: *Fac secundum exemplar quod tibi in monte monstravimus,* indequod concludit, ut jussum fuerit, tabernaculum figuram et umbras fuisse celestium.

Idem Iacobus Apostolus ubique Jesum Christum ostentat ut finem legis, cuius promissa figuræ adimpleruntur. Ex auctore, nunera quæ monent Israëlitas, debili fulgore prænuntiant fulgentem, quæ Christianis paratur, gloriam; perdidit corum ponere quasi exemplaria nos monent quæ fidelitate servanda sit nora lex, quæ non tantum delicta nobis indicat, sed etiam veræ justitiae veræque salutis nos participes facit.

Nobis etiam sanctus Paulus aperit latens sub figurâ mannae documentum non contemnendum, quoniam Corinthios ad auxiliandum fratibus per elemosynam horatius, addit: *Non enim ut alii sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex qualitate, ut et illorum abundantie vestra in opere sit supplementum, ut fiat qualitas, sicut scriptum est (de manna): Qui multum, non abundavit, et qui modicum, non minoravit.*

Alibi sanctus Paulus in memoracionem nobis exhibet quartum Decalogi preceptum, Deo Israëlitis dicente: *Honor patrem et matrem, ut sis longius in terra quam dabit tibi Dominus Deus tuus.* Et annotat hoc esse primum in promissione. Sic nos docet ponderare peculiares attentiones animi omnia hujus divini libri verba.

Idem Apostolus, postquam in exemplum nobis proposuit fidem Abel, Henoch, Noe, Abraham, Saræ, Isaac, Jacob et Joseph, potissimum fidem Moysis et ejus parentum, Israëlitarumque qui cum eo in mare Rubrum tra-

gerunt, laudibus extollit. Memoranda ipsius de his tribus verba audiamus: *Fide, inquit, Moyses natus, occultatus est mensibus tribus à parentibus suis, eò quid vidissent elegantem in faciem, et non timuerunt regis edictum. Fide, Moyses grandis factus, negavit se filium esse filio Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei quā temporali peccati habere iunctitudinem, majores divitias estimans thesauro Ägyptiorum impropter Christi; apsiciebat enim in renunciatione. Fide, reliqui Ägyptum, non veritus animositatē regis; invisibilem enim tanquam ridentem sustinuit. Fide, celebravit Pascha, et sanguinis effusionem, ne qui vastabat primitiva, tangere eos. Fide, transierunt Rubrum mare, tanquam terram aridam, quod experti Ägypti, devorari sunt. In Apocalypsi denique, apparent sancti victores Bestie in mari vitreō et ignoto, ibique canticum Moysi, servi Dei, et canicum Agnū cantant, quod perficit inceptam demonstrationem, scilicet liberationem Israëlitarum imaginem veram esse liberationis electorum, canicunque Moysis, post maris Rubri transfractiōnem idem esse ac canicum electorum.*

Certis circumscripsiū lūmībus, hujuscēdē libri instructiones et mysteria latius investigare non possumus. Unicuique igitur lectori dulce munus relinquunt plura eruendi, quod sanè haud erit difficile, si textus Exodi cum novi Testamento lūbris, et præcipue cum Epistolis divi Pauli, conferatur.

LEVITICUS. — Meminisse debent Christiani librum hunc percurrentes felicis, discribimus quod Iudeos inter et ipsos divinitutis positum est. Quoniam luculentissimè docet Epistola S. Pauli ad Hebreos. Ut enim annotat ille maximus inter Apostolos, Judei sacerdotes habebant homines imbecilles, mortalitati peccatoque oloinoxios; sacerdotem verò Christiani habent Christum, Filium Dei, immortalem, sanctum et in aeternum perfectissimum. Judei sacerdotes secundum legem successions carnis instituebantur; Christus autem secundum virtutem vite immortali. Illi sacerdotes alii alii succedebant, idè quod mors prohibet ne iidem semper permanerent; Christus autem sempiternum habet sacerdotium, unde salvare in perpetuum potest per semetipsum accedentes ad Deum, semper vivens ad intercedendum pro illis. Judeis sacerdotibus necessitas erat quotidie prius pro delictis suis hostias offerendi, deinde pro populo; Jesus Christus autem sanctus, innocens, segregatus à peccatoribus et excedens ecclesias factus, non peccatorum suorum

penas habet luendas, unāque oblatione delebit peccata populi, cui sus immolationis merita appetavit. Iudei sacerdotes sanctuarium terrestris ministri fuerunt et tabernaculi figurati; Christus autem sanctuarium celestis minister et tabernaculi veri, quod fixit Dominus, et non homo. Judei sacerdotes in prius tabernaculum semper introibant, ut ibi dona sacrificia offerrent, que non poterant conscientiam corum mandare qui cultum hunc Deo exhibebant. Christus autem, futurorum honorum pontifex, semel introiit in sanctuarium celeste, neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem, hominibus comparavit non legalem et ad tempus munditiem, sed veram sanctitatem et redempcionem aeternam. Sacerdotes Iudei Deo adstant quotidiū ministrantes et easdem sepe offerentes hostias que nunquam poterant tollere peccata; Christus autem, una pro peccatis hostia oblatâ, in sempiternum sedet ad dexteram Dei, unica oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos. *Sicut enim, ait St. Paulus, sanguis hircorum et taurorum, et cinis ritus aspersus, inquinatus sanctificat ad emundationem carnis, exteriorem et carnalem conferendo munditiam quid juventi cultui figurativo legis ministri possint, quando magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum sempiternum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortis ad serwendam Deo videntem et vero!* (Ad Heb. c. ix, v. 13, 14)

Quā gratos prae se ferent animos Christiani si, veteris Testamenti librum hunc legentes, ad veritatis attendant quae aperit eis in Novo Spiritus sanctus! Quanto exaltari sunt gaudio, si recognoscit que ab eodem Spiritu sancto ipsi docentur, scilicet, talen habere se Pontificis ut considererit in dextris sedis magnitudinem Dei; qui pro sanctitate sua omnia peccata destruxit; qui pro potestate sua introduxit nos in sanctum celorum; qui pro honestate sua, ut posset compati infirmatitudines nostris, tentatus est per omnia pro similitudine, absque peccato! Quā fidei gradu secutabantur hanc viam novam et viventem, quam initivit! Quā fidenter adibunt ad thronum gratiae ut misericordiam consequantur et gratiam inveniant in auxilio opportuno. (Ibid. c. iv, v. 16)

Regulas generales ad intelligentiam veteris Testamenti constituta notavimus, omnes prescriptos ritus in Levitico utilis fuisse ex eo tantum quid magnum crucis immolationem representarentur figuris, quae scilicet sola diversas

oblationes Iudeorum in se complexa est, que etiam pro infinita excellentia sua, diversis affectibus suis, promerita fuerat ut figuris prenuntiaretur. Hic aliquot exemplis illustremus.

Ad quid spectabat velitus summum pontifici, cum mortis minitatione, in sanctuarium introitus, quoquo anni tempore, nisi sanguis unius hostie effusus fuerit (Exod. xxx, v. 10, Lev. xvi, 2)? Hac rigida consulta nomine significaverunt iratum hominibus Deum, ad internectionem perniciem minitatum esse populo Israel, ipsique pontifici, si eos ut distinctos a sanguine filii sui dilectissimi consideraret; hac tantummodo hostia, que ipsi placere unicè promerita fuerit, placari eum potuisse, non stare ante eum licere cuique, nisi hujus hostie memoriam suscitet, nisi saltem immolationis signum pre se ferat, quia sola imago iratum hominibus Deum, placatum, amantem et benedicentem nobis facere possit.

Ad quid spectabat hæc obligata peccatoris et ipsius pontificis impositio manuum super caput immolanda pro peccatis hostia? (Lev. iv, 4)? Nimirum significabatur in suo loco veram ab eo hostiam adductam fuisse, cuius praesens hostia nisi imago erat, siquidem digna mortis redemptio debita peccatoribus esse nequivat; incunabulo Christo scelerum piaculum, emendansque pretio mortis ejus eruentia remissionem quam ex se ipso promiceri non poterat: Augustissimum equidem ritus, quem adhuc Ecclesia exercet, ante donorum consecrationem!

Ad quid spectabat hircus iste emissarius (Levit. c. xvi, v. 5) effusus anathematibus in die solennis piaculi publicè operatus, libertatem vitamque ex immolatione innocui arietis excipiens, dum hæc immolaretur pro veteribus novisque totius populi peccatis et extra casta integrè cremaretur? Jesum Christum significabat, extra portam, ut monet St. Paulus, passum ut sanctificaret per suum sanguinem populum, totumque pro peccatis immolatum.

Hic imperfecte immolati arietis imaginis, quā significabantur tantummodo peccata praeterita et presentia, quām distinguebant adiutum lineamenta ritus immolanda vacce rufa (Num. xix, 2 et 19) (1) ad implendum idem

(1) Hic præverimus quod spectat ad ceremoniam in Numeris solium memoriam, sed ita illis de quo agitur adstrictam, ut eas separari non possemus. Titulus est nonnunquam diversas res notables que passim scripturis insunt conlittere; inde enim sese mutuo lumen illustrant.

immolati Christi, cuius sacrificium aquæ pertinet ad omnes futuras iniquitates, cuius immolatio omnibus piandis etiam futuri peccatis succurreret! Cruenta quidem in origine sua, sed pura et incruenta in applicatione et usu sua erat; unica, tamenque omnibus communis; universa, omniumque piaculorum pars necessaria, que non nisi auxiliante et immixto illo pulvere mystica peragi poterant; permanens et perpetua, semel pro omnibus obliata, sed vim indelebiliter et semper agente servans. Hujus effectus omnes particeps erant, cunctisque sufficiens; et cuique soni aderat, simul atque aliquam labem dilundam habebat.

Quid indicabat aliis ille ritus, in immolatione pro peccatis solitus, in quo sacerdos aspergobat sanguine hostia septies contra velum? Significabatur affectatio illa iteratione, publicè agnitorum fuisse hunc sanguinem non posse sibi adiutum in sanctuarium rumpere, precibus sumumperè ferventibus invocari veniam pro peccato hostiam, ut subvenient illud apertura obiecisse perfractione importunos, quibus homini obclaudebatur aditus ad thronum Dei, quibusque velabatur ipsi irata Numinis facies. Tribus primis Evangelistis quid aliud visum est, nisi ut attenderemus ad hanc figuram adimplentem, quin monerunt, statim post humanitatem sanctam, que veli instar divinitatem occultabat, morte crucis scissam, velut quoque templi, quod ejus figura erat, non eductum, sed scissam fuisse a summo usque deorsum? Inde nimirum significabatur jam, ut patet omnibus introitus secularis sanctuarium, ita, omnibus abruptis quæ Deum inter et hominem objiciebantur, patere amplissime ad ipsum redditum omnibus, colique portam pandi et impedimentis eximi.

Quis Christum non agnoscat in mutatione illa perpetua immolationis que jam constat solummodo immolato vesperè manè agno, altari indesinenter imposito, in odore suavitatis ad celum hostia, que omnium aliarum locum obtinebat? Hoc symbolo unico St. Joannes in Apocalypsi Christum immolatum videt.

Quòd si aras nostras inspiciat, quis iterum non Christum agnoscat, sub mystica figurâ panum usque in conspectu Domini positorum? Quā magis sensibili declarasset Deus ratione, in conspectu sibi ponì volle semper immolatum panem celestem; hanc se hostiam longè præ-caeteris acceptam habere, aliquando unicam et sempiternam futuram, et indesin-

ter offrendam servandamque in altari puro et incremento?

Quām alto et mystico sensu prohibuit Deus ne populus ederet sanguinem, jussitque ut accurate servaretur, irrigandi causâ altaris sui ad remissionem peccatorum. *Ego enim, inquit, dedi illum vobis, ut super altare in eo expiatis pro animabus vestris, et sanguis pro anima piaculo sit. Non sanguinis effusionem fieri veto, sed mandationem. Corpus animantium pro corpore vestro, sanguis autem pro anima vestra erit. Ex horum carne vescomini, et eorum sanguine peccata plabiatis. Altare meum hunc accipiet, non autem vos; mihi reservatur, vosque necessarium est ut me fecire possitis, et usquidem me digna hostia donando pacatum feceritis, hunc semper à vobis exigamus, hunc nunquam vobis bibere licet. Hoc signo cognoscetis quid retineantur peccata vestra, scilicet quādū durant sacrifica in quibus sanguis mili seponetur. Quām autem maximo et unico sacrificio omnia extera abolita fuerint, cum fructu biberis sanguinem quem vestra effuderis sclera. Hunc à vobis jam non repeatam, ex eo quid non jam iras in vos servaremin, hunc autem accipietis ut fontem vita nova; agnique immortalis vita, sanguinem ejus secuta, cum eo et per eum transit in corda vestra, vosque aeternos faciet justos faciendo.*

Commemoratis quia ad sacerdotium spectant et sacrificia, aliquid de festis diebus notemus. Maximi ponderis præter omnia videtur animadvertere quām mirè omnia haec festa et subsecuta ea ceremonia suscitandis ad Deum animis quadrant, et simul intra corda omnia cultus devoti erga summam ejus maiestatem, obsequiū universi et absoluti erga providentiam ejus, gratissimam amoris erga beneficia ejus, sensibus insufflandis. Queque hædominas quiete religiosi sabbati sacrificabunt; *primus in mense quoque dies Deo cum precibus et sacrificiis singularibus dicabatur; primitio anni, in die festo Pasche cum agno ei in holocaustum offerabantur; initiansque messem haec oblatio publicè solemniterque testabatur omnia recolligenda modò bona ex merita Creatoris liberalitate suscipi. In Pentecoste azymorum oblatio, holocausta, sacrificium pro peccato, et quæ simul offerabantur sacrificia pacifica, docebant Israelitas, eodem tempore quo omnia sibi effusa Dei manibus fatebantur, hunc venerati et grates ipsi pro donis persolventes, simul etiam debere ejus misericordiam sollicitare pro admisso in tempore messium delictis, ab eo*

expetere ut peccatis immunes maneat quādū
uentur collectis; rogare ipsum, ut quaē de-
dit conservare velit, et adhuc colligendis he-
bedicere.

Denique die festo Tabernaculorum postquam
vinum et omnes fructus recondita erant, per
dies octo solemnes gratiarum actiones Deo
reddelabantur. Cuncti cogebantur his tribus
festis praecipuis adesse, et gratiarum actionum
nec non et publicarum supplicationum esse
participes. Hac nemo venire debebat quin
suum munus afferret, et sacrificis reveren-
tian Deo adhiberet, jubebatque Deus Leuitas,
extraneos, viudas, et orphanos ad epulas leti-
tias accedere, quas agebant propter bona que
decederat illis, ut meminerint illa bona non tan-
tum ad illos pertinere et illorum partem lar-
giendam illis qui his bonis carebant. Quot pro
nobis documenta! quanta felicitas si cūm hos
dies festos celebramus, illarum legum et exercita-
tionum verum ingenium suscipiemus!

Longius procedamus, et leges expandamus
que attinent ad decimas, primitias, annum sab-
batum, et ad annum jubilee; omnia qua
continent nobis magni sunt adhuc documenta.
Huius videtur Israëlitas non esse dominos suorum honorum, inīō personarum suarum; Deus
est illorum Dominus, et illus sunt ipsi clientes,
coacti illi solvere sicut censum et vectigal,
primitias, et decimas suorum fructuum et
pecudum; omnium suarum terrarum Dominus
est solus, et illas hi tantum occupant sicut vil-
lici et inquilini conditionibus quas voluit illis
imponere; quamobrem illas in perpetuum ab-
alienare nequeunt; potestatem demum ne ha-
bent quidem suas personas tradendi, nec alii
ac illi suam libertatem adstringendi, quia omnes illi sunt sicut servi, ex tempore quo illas è
servitu Ägypti redempti.

Murum est quādū multis modis, licet imper-
fecta, lex Moysis in hominis mente necessita-
tem defigerat quā strinxit fratres suos dili-
gendi, et vivendi in obsequio Dei universo
atque in sumnum presentium abnegatione. Israë-
lita qui, mandata secum reputans, perpende-
bat ea de quibus agitur, meminerat, primitias et
decimas offerendo, se Deo omnium possessori
debet reverentiam et gratiarum actiones pro
omnibus, et nullum jus habere ad utendum
donis Creatoris nisi prout fidelis erat ad of-
ficia religionis et gratitudinis exequenda. Ita
sacerdotes et levitas lobens ut questores vec-
tigialium Dei, hae illis sicut ipsi Deo reddebat,
et sese honoratum prorsus existimabat si con-

tulisset honorum partem ad subsidia vita mi-
nistrorum sacrorum. Interdictio fundos in
perpetuum emendi illi ostendebat se debere
nec bonis adhærere per manus suas transcur-
ritibus, nec excogitare ad congerendum et ad
jungendum agrum agro, sed contentus esse,
diligenter accurare portionem honorum Dei
quam conductam habebat. Lex que post singu-
lum septuaginta dominum destituebat omni
possessione agrorum suorum ad illos remittendos pauperi, extraneo, vidice et orphano; lex
que post triennium illi decimam imponebat,
pro questo viduce, orphani et extranei, erant
illius oculis nova argументa supremi dominii
quod Deus in omnia bona semper habebat, et
tendebant ad defigendum in illius animo amorem et reverentiam pauperum, quos Deus in
illius locum substituebat, et quibus illius domini-
nica jura transmittebat. Quam debet pro-
pensus esse ad confidendum providentie Dei
sui, cuius sex post annos tam certam habebat
experienciam ex abundanti frugum fructuorum
que perceptione que rependebatur otium in
quo dormiebant omnes agri septimo anno!
Quoniam lex illa quā nulla Hebreus in per-
petuum servus manere debebat, cūm omnes
sum pueri tum divites servi Dei aquē es-
sent, quantum, inquam, lex illa commendabat
honorem. Dei solius dominio subjacenti illique
soi serviendo, nec potis esse tam faustum ex-
euliendi servitutem!

Multe hodiē reperiuntur Christiani quo-
rum religio tam pura, et sententiae tam alte-
rint quām illi hujusce Israëlite legibus Moysis
fidelis? Ille tamen homo adumbratio est tan-
tum hominis christiani erudit et illuminati
lege evangeliā. Hujusce officia omnia Israëlite
officia continent, gratitudinem erga Deum,
fiduciam illius Providentie, usum legitimum
et abnegationem honorum que ad vitam cor-
poris spectant, fidem ad illa cum inopibus dividenda sicut debitum quo operatur; et haec
verò tantum non tendunt, spectant ad alia
bona longè pretiosiora que à munificentia Dei
accipit, spiritum, erudititudinem, scientias, dotes,
tempus, exteriora et interiora virtutis adju-
vamenta. Haec omnia illius non sunt, usum
tantum habet quem Deus à nobis repetere po-
test, cūm in suis bonis dominium servet quod
ab alienari non potest, et primitias et decimam
tantummodo non exigat, sed etiam omnium
honorum suo numini consecrationem
propter gloriam suam; Christianus enim non
est tantum villicus et iniquilinus oculis Dei,

sed adhuc servus illius est. Deus ad quem per-
tinet, et cui essentialem subditus est ut illius
creatura, novum jus principatis in illo adeptus
est, cūm illum à servitate dæmonis et peccati
liberaverit; ita non potest dona Dei tradere, nec
semetipsum tradere, nisi secundum voluntati
et gloriae Domini sui. Non estis vestri,
inquit sanctus Paulus, empti enim estis pretio
magni. Illi jam non licet alteri servire magi-
stro ac illi à quo empti est; sū enim redemp-
tione non liber evasit, sed ex misericordia et funestia
servitudo ad aliam transit que illum felicissi-
mum præstat, et sola est veraque libertas.
Nunc verò, addit Apostolus, liberat à peccato,
seri autem facti Deo, habet fructum vestrum in
sanctificatione, finem verò vitam aeternam.

An mīhi tacendum erit, priusquam de legi-
bus locutus sim, quae ad lepram spectant. In
his legibus tot peculiaria sunt, quorum ratio-
nen redirebimus difficultate, si sol littera sensu
studeremus, ut hoc ipso moneamus hunc sensu
corticem esse solūmodum rumpendum.
Cur, exempli gratia, sacerdotes Deus et non
medicos lepræ judices instituit? Cur morbus
potius quam scabies illi similium, homines
efficiet impuros? Cur tot cautions ad ex-
aminandum naturam et progressum hujusce
morbi, remedique reperiendum? Cur de-
mum tot ceremoniae priusquam sanatus le-
prosus resisteretur vita commercio ex quo
morbus illum excluserat? Serie sunt illas dif-
ficultates; his omnis lector merito moverat, et
illarum explanationem poscit; si igitur oculis
ultra sensum primum feramus, alium reperi-
mus qui has difficultates dilucidabit, et quo
primi sensus tenebre nobis subiit lux et docu-
mentum fiet. Sine dubio illis hancere debemus,
et hac Spiritus sanctus volut à nobis
haud aliter intelligi. Si vel minimum attende-
ris lepræ principium esse in sanguine quem
corrupti malignus humor, et hunc morbum
paulatim increscere donec corpus opertum
fuerit, et communicari commercio quod habe-
mus cum leproso, facili Patrum Ecclesie senten-
tiam intellegimus, qui quidem ferè omnes
in leprâ viderunt peccati figuram, et in modo
quo curabantur et mundabantur leprosi, po-
nitentia imaginem et reconcilationis pecca-
torum.

NEMAT. — Oportet animadvertere facta re-
lata in hoc libro esse sicut omnia cætera veteris
Testamenti instructionibus et mysteriis
referta; qui autem Christiani, juvante doctrina
Jesu Christi, apostolorum sanctorumque

doctrorum veritatem requirent in his umbris
latenter, cūm scientie tūm adificationi locum
invenient.

In multiplicatione filiorum Israel videbunt
adimplectionem promissionum quas Deus pa-
trarchis fecerat, et hoc prodigio potentiae
Domini incitatubunt ad plenissimè fidendum
verbis illius et bonitati.

In ordine itinerum et castrorum metationis
quem Deus instituit exercitu Israel, agnoscent
imaginem ordinis qui Ecclesiam debet regere.

Ex mandatis à Deo datis ad experientium
moliens que in adulterii suspicionem ve-
nient, intelligent quantum seculis istud dete-
stetur, et quādū vigilanter homines debent
illud horribile flagitium fugere.

In consecratione Nazariorum videbunt ima-
ginem vite secreta ac mortificatae quam agere
debent qui sese Deo consecrant.

In variis stationibus per quas Deus ducit
populum suum, invenient figuram tentationum
variarum per quas sanctos suos super terram
traducit.

Ex penā Mariæ imposita et ejus Moyses
illi remissionem impetraverat, edissent neces-
sitatem à sacris nonnunquam recedenti ad
sua aliquandiu deflenda peccata.

Quia sit autem statuenda proprie-
tentiam inter et peccatum, reperient ex qua-
dringinta annis commemorationis in deserto im-
positis illius Israel, qui per quadragesita dies,
terram promissionis consideraverant cum
mente rebelli ac diffidenti quā adversus eos
conciitata est ira Domini.

Quantā severitate Deus illos puniituras sit
qui dies ipsi dedicatos non sanificant, intel-
ligent ex iussi quem dat lapidari hominem
qui lignum die sabbati collegerat. In penā
terribili Core, Dathan, et Abiron, videbunt
castigationes illis reservatas qui ministerium
sacrum usurparunt.

Miraculum quod patrat Deus ad probandam
vocationem Aaronis, vocationis omnino divinae
necessitatem ad sacerdotium indicat, virtutes
quibus debent ornari qui vocati sunt ad sanctum
hoc vite genus piisque opera que debent
exercere floribus et fructibus designantur
quos summi hujusce pontificis virga pro-
duxit.

Abnegatio in quā vivere debent illi qui sa-
cris se devoteo, appetit etiam in prohibitione
Dei ne sacerdotes et levites possi cant here-
ditatem in media populi sui, quod solum ipso
velit illorum esse pars et hereditas.

Docti Christiani in sacrificio vacce rufæ inveniunt imaginem sacrificii Jesu Christi; in lapide his percussa à Moysi figuram divini Salvatoris percussa à Iudeis et ab ethnicis; in aqua è rupe saliente imaginem gracie que purificat animas, et stitum restinguat sacerorum desideriorum quibus illæ flagrant; tandem in serpente aeneo exaltato ad sationem illorum quos momordenter igni serpentes, figuram Jesu Christi in cruce exaltata ad salutem ilorum quos daemon peccato vulneravit.

Asim Balaam quo hujus prophete stultificare redarguit illis ostendet Deum nonnunquam eligere infirmissima ad frangenda robustissima.

Denique Moyses et Aaron morientes prius quam Israelitas introduxerint in terram promissionis, illi exponunt impotentiam sacrificiorum et e carnonarium legis antiquae ad intromittendos homines in regnum celorum, et si Christiani intelligenti hanc prærogativam reservatam fuisse Jesu Christo quem Josue figurabat, quique postquam filios Dei tragebat per aquas baptismi figuratas undis Jordanis, illos mittit in possessionem Ierusalem celestem.

Hæc sunt veritates quas in hoc libro invenient qui, juxta spiritum Apostoli et Jesu Christi ipsius, hume librum habebunt sicut signum in quo Deus ostendit hominibus, sub diversis figuris, mysteria quæ credere debent, et virtutes quas oportet exercere. Non debemus enim obliisci Jesum Christum ipsummet esse qui nobis ostendit mysterium crucis in exaltatione serpentis aenei; et hoc attentionem eò majorum postulat quod forsan vix intelligeremus verum sensum hujus emblematis, nisi divinus ille Salvator nobis ipse patet fecisset illud mysterium.

Venerumverò quis ex nobis potavisset Christum à serpente potuisse figurari? Audimus ergo hunc divinum Salvatorem, studeamus factis plenis mysteriorum inclusorum in emblemate quod nobis proponit, et sic discamus quā sit alta dictio divinarum Scripturarum.

Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, inquit Dominus Jesus Christus, *ut omnis qui credit in ipsem, non periret, sed habeat vitam aeternam.* Igni serpentes deserti erant imago demonum et antiqui serpentis qui dux est illorum. Mortibus veneratis horum serpentium lethaliiter vulnerati sumus; venenum illorum in cor nostrum sese effundens in nobis sitim accedit ardorem quam nihil restinguere potest; nam

tantum in articulo mortis desinit hæc sitis. Quin etiam hoc venenum in venas nostras se se insinuans nosmetipsos reddidit similes serpentibus à quibus vulnerati sumus; tales enim peccato facti sumus quales erant Iudei prævaricatores, quos Jesus Christus et illius precursor *serpentes et progeniem viperarum* vocant. Ad nos sanandos et à morte redimendos, Christus peccatum non faciens, naturam peccatorum et similitudinem peccatorum suscepit. Quemadmodum serpens æneus verorum serpentum figuram exteriorē habebat, quamvis serpentum veneno carevit, sic Christus similis esse voluit illis ad quos venerat salvandos, et noluit extrinsecus distinguiri, quamvis secereretur ab illis sublimi sua virtute. Sicut peccator circumcisus est, à sancto Joanne baptizatus est sicut peccator, passus est sicut peccator; et illius ipsa sanctitas, quæ inimicos suos commovere debuit, iram illorum è contra concitat. Quinimò hæc ipsa sanctitas illorum oculis nova causa fuit illius exaltandi, sicut serpentem æneum, in cruce. Oportebat autem illum sicut exaltari, ut nullus omnium qui crederent in illum periret, sed omnes haberent vitam aeternam. Christus in cruce remedium est unicum, necessarium, supremum, omnibus propositum. Quicunque illum aspici cum fide vivi et fervidi, quique sui morbi gravitatem intelligit, qui sanationem tantum à Christo expectans, illum sanationem sperare audet et postulare, quantacumque, quālibet multiplicata et inveterata sit ipsius vulnera, ille non perirebit, sed habebit vitam.

Judeis difficile non erat serpentem æneum aspicere cum fide, præsertim post aliquot sationis exempla; vitam anabant, dolorem timebant, excruciantur serpentes à quibus vulnerati erant; ex funeris et acerbis effectibus veneni non liebat illis ignorare hoc venenum sese insinuavisse in eorum venas per quæ fererat incendium, et hæc omnia illos horrabarant ad aspicendum oculi avidis salutare sanguinem, quod solum finem poterat imponeo cunctis illorum vulneribus.

Non est ita de nobis erga fidem christianam, quæ quidem viget propter charitatem nos Christo arcé junctum sicut fonti justitiae et vite. Crux illius nobis est causa stuporis et tristitiae, multis etiam, triste dictu, scandali. Serpentes à quibus vulnerarum invisibilis sunt, etiam sunt invisibilita vulnera que faciunt; venenum quod in cor nostrum diffundunt cupidines delectat; mortui, vivi habentur

et sani; nos nemo miseratur, oculos nemo habet ad nostrum casum discernendum; mirum est nos illo casu commoveri, et hoc prodigium est majus quam prodigium quo sanabantur Israelites in deserto.

Igitur oculos fidei plenos injicie in Christum auctorem et consummatorem nostræ fidei, sicut à sancto Paulo incitamus, amplissima est gratia. Quālibet sit exiguum hoc initium, omnia quæque nostram conjunctionem cum illo incipiunt, pretii sunt inastimabilis. Multum est oculos aperire, et caput deflectere ad Christum exaltatum in erucem, et vivi etiam cum moritur, qui illum invocat. Impossibile vanam esse fiduciam erga illa geminitibus et precibus auctum.

Non dictum est serpentem æneum purgasse desertum in quo erant Israelites à cunctis serpentibus qui illos tenebant perterritos et illorum puniventer querelas. Contra, quod Moses in Deuteronomio dicit illis, dat locum credendi dispositionem horribilis deserti per quod vagabantur non mutata fuisse nisi post ultimam illorum stationem. Quidquid ceterum fuerit de Israelitis, certum est tamen non aliter esse pro nobis de hæc vita cejuis desertum in quo vagabantur imago erat: inter scorpiones et serpentes vivimus. Ab illis crux Jesu Christi terram non purgavit, et illos omnes non exterminavit; quin et illis lethale venenum non absuluit. Hanc progeniem viperarum societate fulmidum præpulsam permisit inter illos postea subrepere, et illarum numerum multiplicari prout secula processerunt. Attamen per virtutem crucis semper æquæ potens et efficacis, Christus non cessat nos tueri a veneno illorum serpentium, dum secundum fidem vivamus, et cum ills lethiferum inflicteret accipimus, oculi nostri apparet ad nos sanandos, si ad illum per fidem configimus. Donec aditus vera terra promissionis nobis fuerit aperitus, cum serpentibus vivemus, et semper nobis timendum erit ne flamus illi similes, si oculos fidei nostra indesinenter non injiciemus in illum qui se passus est exaltari in cruce, ut omnes qui crederent in illum non perirent, sed omnes haberent vitam aeternam.

Ex Davide et sancto Paulo cognoscamus documentum quod trahere debemus ex agendis ratione quam Deus habuit erga Israelitas damnatos per palandum per quadraginta annos in hoc deserto. *Venite, inquit David, adoramus et procidamus: et ploramus ante Dominum qui fecit nos; quia ipse est Dominus Deus noster, et nos*

populus pascue ejus, et oves manus ejus. Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto: ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt me, et viderunt opera mea. Quadraginta annis offensus fuimus generationi illi, et dixi: Semper hi errant corda. Et isti non cognoverunt vias meas: ut jurasti in ira mea, si intrabunt in requiem meam.

• Vide, inquit Paulus Apostolus, quod dicit in hoc loco Spiritus sanctus per os David. Vide, fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis, discedendi à Deo vivo, sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, ut non obduretur quis ex vobis fallaciam peccati; participes enim Christi effecti sumus, si tamen initium substantiae ejus usque ad finem firmum retineamus, dñe dicitur: *Hodiè si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, quemadmodum in illa exacerbatione.* Quidam enim audientes exacerbaverunt, sed non universi qui profecti sunt ex Ægypto per Moysen. Quibus autem in fessis est quadraginta annis? Nonne illi qui peccaverunt, quorum cadaveria prostrata sunt in deserto? Quibus autem juravit, non introire in requiem ipsius, nisi illi, qui increduli fuerunt? Et videmus quia non potuerunt introire propter incredulitatem. Timeamus ergo ne forte relicta pollicitatione introiendi in requiem ejus, existimet aliquis ex vobis deesse; stenam et nobis nuntiatum est, quemadmodum et illis; sed non profitit illis sermone auditus, non admittitus fidei ex iis quæ audierunt. Ingrediemur enim in requiem, qui eredimus; quemadmodum dixi: *Sicut juravi in ira mea, si intrabunt in requiem meam: et quidem operibus ab institutione mundi perfectis.* Dixi enim in quodam die septimam sic: *Et requirevit Deus die septimam ab omnibus operibus suis; et in isto rursum: Si intrabunt in requiem meam.* Quoniam ergo superest introire quosdam in illam, et ii quibus prioribus annuntiatum est, non introierunt propter incredulitatem, iterum terminat diem quemdam, hodiè, in David dicendo, post tantum temporis, sicut supra dictum est: *Hodiè si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Nam si eis Jesus requiem præstulisset, nunquam de aliâ loqueretur, posthac, die. Itaque relinquunt sabbatismus populo Dei. Qui enim ingressus est in requiem ejus, etiam ipse requiebat ab operibus suis, sicut à suis Deus. Festinamus ergo ingredi in illam requiem, ne in idipsum quæ incidat incredulitatis exemplum.

Curae lectorum nostrorum demandamus commentationem illarum meditationum quas illis David et Paulus Apostolus proponunt; que quidem exemplum praebeant excellentissimum meditationum quales Scriptura sacra studium comitari debet. Moysis nullus praestantior interpres quam David et sanctus Paulus: etenim Spiritus sanctus nolis ipse patet in psalmis et in epistolis Apostoli qua documenta certissima et utilissima colligere possimus in libro Moysis. Utilissimum enim est ex partibus cunctis divinarum Scripturarum eligere varios textus eidem fini congruentes, hinc textus inter se collati invicem sibi mutuam prestant lucem; que quidem nasci est adjumento ad interpretationem aliorum mysteriorum que in sanctis libris includuntur.

DEUTERONOMIUM. — Reminiscantur Christiani qui Deuteronomium legunt, quanto prestat Israëlitarum legi lex quam accepserunt a Deo, eō fidelius ipsi esse adherentur. Nam sicut benedictiones genti dura carnalibusque dedita promisse nonnisi exemplaria erant honorum quae fidem populum manent, sic etiam que imminebant Iudeis peccata, umbra imperfectissima sunt ponendarum quibus Christiani infideles affliguntur.

Decalogus, qui iam inscriptus in Exodo hic commemoratur, veluti compendium est legum omnium Moysis, ideoque dignum ad quem specialiter attendamus. Nomen eduxi è verbo grecō Δεκάγραφη, quod significat decem verba, id est, decem præcepta. Hec præcepta in Deuteronomio distinctius separantur quam in Exodo; præterea voces pauloq[ue]m differunt, sed non essentialiter. Dous textus conferamus, et unum per aliun illustrans; hic hebreicam sequentur versionem, ut aequiparatio evidenter appareat.

PRIMUM PRÆCEPTUM: *Ego sum En suprennum, Deus tuus.... Non erit tibi Dii alieni coram me, etc.* — In utroque textu littera hebreica haec est: *Non erit tibi dī alieni coram me.* Inde sequitur sine dubio Septuaginta et sancti Hieronymi translatio: *Non habebis deos alienos coram me.* Sed plerumque in hebreica lingua *Dii*, pluralis numerus pro *Deo*, singulari, accipiatur. Inde fit ut incipiat Genesis in hebreico libro his verbis: *In principio creavit Dī, pro, creavit Deus;* est ergo ratio cur eundem lingua in utroque casu habitum comprehendamus, ideoque verbum singularem numerum occupat: *Non erit tibi Dii alieni,* id est, non erit tibi Deus alienus. Impersonalis etiam posse hi-

accepi verbum quidam putant, ut in gallicā lingua dicentes, non erit: *Il n'y aura point pour vous de dieux étrangers devant moi.* Revera, idem sensus sonat: *Non habebitis coram me deos alienos, ne unum quidem.*

SECUNDUM PRÆCEPTUM: *Non assumes nomen Eni suprenni Del tui in vanum;* id est, falsa causa, iniustitia, vel temere; alibi enim Deus per Jeremiam quibus conditionibus juramentum fiat legitimum indicat: *In veritate, in iudicio et in justitia.* Quicunque his se substrahit conditionibus, præceptum laedit, quo velutur nomine Domini in vanum assumere.

TERTIUM PRÆCEPTUM: *Memento diei sabbati ut eum sanctifices.* — Sic legitur in Exodo; in Deuteronomio scriptum est: *Observa diem sabbati, ut eum sanctifices.* In hoc solo differentia est, quid in Deuteronomio verbum observa in loco est verbi memento, quod legitur in Exodo. In eundem sensum confluunt haec voces: *Memento diei sabbati; cum obserua, sed semper ita ut eum sanctifices.* Hoc rei caput est, circa quod textus ambo nullo modo dissentiant.

QUARTUM PRÆCEPTUM: *Honora patrem et matrem tuam.* — Nullo modo haec verba, que præcipua sunt præcepti, inter se differunt.

QUINTUM PRÆCEPTUM: *Non occides.*

SEXTUM PRÆCEPTUM: *Non adulterabis;* — In Epistola sancti Pauli ad Romanos, sextum præceptum quintum præcedit. Eodem ordine Evangelium sancti Marcii id inscribit, sed in SS. Mattheo et Luca, Exodi et Deuteronomii utrumque ordinem servat.

SEPTIMUM PRÆCEPTUM: *Non furaberis.* Nihil hic controversia dignum.

OCTAVUM PRÆCEPTUM: *Non loqueris contra proximum tuum mendax testimonium (in Exodo), vanum testimonium (in Deuteronomio).* Vulgata uno verbo utrumque testimoniū coeret, falsum testimonium. Nihil magis vanum quam quod falsum est; unum in alio continetur.

NÖX ET DECIMUS PRÆCEPTUM (secundum Exodom): *Non concupisces domum proximi tui, non desiderabis uxorem proximi tui, nec seruum, nec ancillam, nec bovem, nec asinum, nec omnia que proximi tui sunt.* In Deuteronomio accuratius distinguuntur duo præcepta. Primo dicit: *Non concupisces uxorem proximi tui, enonim præceptum;* in decimo autem legitur: *Non concupisces domum proximi tui, nec agrum, nec seruum, nec ancillam, nec bovem, nec asinum, nec omnia que proximi tui sunt.* — Per haec præcepta, etiam concupiscentia prohibe-

tur rerum quas usurpare sextum septimumque vetaverunt. Ex ordine sexti et septimi præcepti naturaliter deducitur ordo noni decimique, prout fertur in Deuteronomio. Ante omnia rapuum adulterum vetat dominus: *Non adulterabis;* hoc est sextum præceptum; sed etiam, *non desiderabis uxorem proximi tui;* hoc est nonum præceptum. In septimo, que sunt aliena rapere veterum: *Non furaberis;* in decimo probubet etiam desiderio prosequi domum, agrum, seruum, ancillam, bovem, asinum, quavis tandem bona aliena: *Non concupisces domum proximi tui, nec agrum, nec seruum, etc.* Sic naturaliter decurrit textus hujus genuina significatio. Sic etiam ex textu Exodi lumen exortor ad illustrandum tertium octavumque præceptum Deuteronomii, dum contra circa uitimum utrumque præceptum textus Deuteronomii Exodo illustratur.

Ex his decem præceptis, tria priora ad Deum, septem posteriora ad proximum spectant. In Levitico septem ultima præcepta in unum collecta sunt, quod et omnia complectuntur: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Eo textu SS. Mattheus et Marcus illud iterant. Sanctus Paulus illud memor in eodem sensu, et notat illo præcepto contineri omnia que ad proximum attinent: *Qui diligit proximum, inquit, legem impletur; nam, non adulterabis; non occides; non furaberis; non falsum testimonium dices; non concupisces, et si quid est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Dilectio proximi malum non operatur; plenitudo ergo legis est dilectio. Quod hic ad Romanos, alibi ad Galatas iterat: *Omnis tex, inquit, in uno sermone impletur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Hoc etiam sanctus Jacobus regalem legem applica his verbis: *Si tamen legem perfectis regalem secundum Scripturas: Diliges proximum tuum sicut te ipsum, bene factis.* REGALEM legem vocabat, quasi precipiū, omnesque leges erga proximum continentur.

Supererat ut et alia lex nostra erga Deum officia complectens, ferretur; hanc Moyses in Deuteronomio his verbis inscripsit: *Audi, Israel: Ens supremum, Deus noster, Deus unicus est: diliges igitur Ens supremum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota fortitudine tua.*

Hoc est mandatum à Jesu Christo vocatum maximum et primum, ut loquitor Evangelista: *Ums enim doctor legis interrogavit Iesum tenens eum: Quod est mandatum magnum in lege?*

Att illi Jesus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua. Hoc est maximum et primum mandatum, Secundum autem simile est: hunc Diliges proximum tuum sicut te ipsum. In his duabus mandatis universa lex pendet et prophetæ. Paululum differentia reperi est in verbis quæ primum constituent mandatum, sive inter textum Moysis et Evangelistarum, sive sanctum Mattheum inter et sanctum Mareum. Ad quæ illustranda, notabilius apud Hebreos cor assumi pro mente aut cogitatione, unde fit ut Septuaginta hic mentem, seu cogitationem, pro corde sufficerint. Adile, animam assumi pro desiderio, ut in psalmis: Ne tradiras me in animas tribulantibus, id est, ipsorum desideris non objicier. Forsan et in greco textu, confusa est vox διάνοια, mens, cum voce διάνοια, virtus, fortitudo. Sic in sancto Mattheo, in quo leguntur cor, anima, mens, vox ultima potuit in versione grecā cum voce fortitudinem indicate confundi, et in sancto Marco, qui inscripsit cor, animam, mentem et fortitudinem, verba cor et anima, hic eandem hebraicam vocem exprimit, quam Septuaginta per mentem, Vulgataque per cor expresserunt. Quatuor ergo Evangelii verba, cor, anima, mens, fortitudo, resp̄s tribus Moysis continentur terminis, corde, anima, fortitudine, secundum Vulgatam; anima, mente, fortitudine, secundum Septuagintam. Sic ergo interpretarum magnum hoc mandatum: Diliges Ens Deum tuum ex toto corde et anima, illi omnes cogitationes consecrando; diliges eum ex tota mente tua, omnes ejus desideria in ipsum conferendo; diliges eum ex tota fortitudine tua, omnes actus tuos ad ipsum referendo; diliges eum, diligendoque unicam esse fateboris; nomen ejus in vanum non assumes; memori eris ut sanctifices diem sabbati, quem in adorante Domino consumes. Item, diliges proximum tuum sicut te ipsum, diligendoque honorabis patrem tuum et matrem tuam; non occides; non adulterabis; non furaberis; non induces falsum testimonium in proximum tuum; non concupisces ejus uxorem aut quidquid ipsius res sit: ita lex omnis duabus his mandatis constat.

Sepiù tandem in sacris Scripturis, præsertim in Deuteronomio, omnia officia nostra in uno præcepto amoris Dei continentur, quid, lege Dei nobis æquo modo omnia et in Deum et in proximum nostra officia presribente, non potest amor Dei cum odio proximi sociari. Inde sanctus Joannes: *Si quis dicit*

quod amat Deum et fratrem suum odio habeat,
mentitus est; nam quomodo qui fratrem suum
quem videt non amat, Deum amat, quem non
videt? et illud accepimus à Deo preceptum, ut
qui Deum diligit diligat et fratrem suum.

Solus ergo Dei amor præcipua decem mandata Dei, omnesque leges ab eo prescriptas essentialiter complectitur, et ex eorum observatione pendent omnia tum presentis, tum futurae vite promissa. Inde in Leviticus Deus sic ad filios Israel. *Ego ENS Deus vester: iuxta consuetudinem terre Ægypti, in qua habitastis, non facietis; et iuxta morem regionis Chanaan ad quam introducimus sim vos, non agitis, nec in legitimis eorum ambulabitis. Facieis iudicia mea et præcepta mea serabis, et ambulabis in eis.* Ego ENS Deus vester. *Custodite leges meas atque iudicia, que faciens homo vivet.*

Longè autem ante illa tempora, Deus al-
locutus Noi, novi orbis caput, ipse patriarcham
monerat et ejus oculis, quod sensus et cogita-
tio humanae cordis prona sunt in malum ab adoles-
centia sua; illud fatele consequens et primi
homini inobedientiae; et ideo, cum Israelita
sili ministris fideles assi fuerint dicere Moysi:
*Undi cuncta que dixerit Deus, loquerisur ad nos,
et nos audientes faciemus eam,* addidit Dominus:
*Quis del talon eos habentem ut timeat
me, et custodiunt uniuersa mandata mea in tem-
pore, ut bene sit ei et filii eorum in semper-
itum?* Et ideo Moyses, qui in preannuntiis
et futuras iniquitates, et imminentes à Deo
ponens Iudais, hoc sermone reditus Dei in
ipso misericordias concinuit: *Circumcidet Do-
minus Deus tuus cor tunn et cor semiidis tui, ut
diliges ENS Deum tuum in toto corde tuo, et in
toti anima tu, ut possis vivere.... Tu autem
reverteris, et audiens vocem ENTI Dei tui, facies
que uniuersa mandata quae ego praecepio tibi ho-
diē. Et supra: *Mandatura hoc quod ego prae-
cepio tibi hođis, non super te est, neque prae-
positum, nec in celo situm, ut possis dicere: Quis
naturam valet ad cælum crescere ut deferat
illud ad nos, et mulierem atque amore complequeas?**

*Neque trans mare positum, ut causeris et dicas
Quis ex nobis poterit transfractare mare, et illu-
ad nos usque deferre, ut possimus audire et facer-
quid praeceptum est? Sed juxta te est serm-
valde in ore tuo et in corde tuo, ut facias illum.*

Sanctus Paulus altissimum sensum nobis
aperit illorum verborum, siueque sit : *Finius ex
legis Christus ad justitiam omni credent : Mo-
ses enim scriptis quoniam justitiam, quae ex lega-
est, qui fecerit homo, vivet in ea ; qua autem non
fide est justitia sic dicit : *No dixeris in corde
tuo. Quis ascendit in cælum ? id est, Christum
dilexere; aut quis descendit in abyssum ? hoc est
Christianum à mortuis revocare. Sed quid dicat
Scriptura ? Prope est verbum in ore tuo et in
corde tuo : *hoc est verbum fidei, quod predi-
cans ; quia si cooptaris in ore tuo Dominum Iesum
et in corde tuo credidris quid Deus illius
suscitat erit à mortuis , salvs eris ; corde cui
creditur ad justitiam, ore autem confessio fit
salutem. Justitia ex corde provenit, sed pro-
num in malitia ex suâ naturâ cor hominis
non in bonum inclinari alter potes quam per
gratiam Iesu Christi. Ille est qui circunvolvit
cor hominis, cui sanctum amorem induit, per
quem cupidinibus suis exemptum , ad Deum
solum ferret, et illa gratia ex fide sola obtine-
potest. Credentibus ergo in Jesum Chri-
stum, ut ab eo impetraremus per fidem grata-
sine quâ adimplenda legis incapaces sumus
similique oportet ut confiteamus Jesum Chri-
stum, eique testimonium sicut divino Rede-
patori reddamus, per cuius gratiam solumno-
perificere legem nobis datur. Sit et cor et os
cam adimplendum concurrent : que perfecte
à nobis cordis et oris consonantiam exigit,
anuet, et in lucem producatur nostra fides.
Ille fides dominus est divinum, cuius primitu-
m cum sacro baptismate jam accepimus, quodque
in nobis ut augetur et servetur, semper pre-***

*Credo, Domine, ait Marcus, sed adjuva in-
dutitatem meam, Lucasque : Adange nobis fide-
Domine Jesu. (Translat. ex Bibl. de Vence)*

DIVUS HIERONYMUS IN UNIVERSUM PENTATEUCHUM.

Ad Desiderium.

Desiderii (1) mei desideratas accepi epistolas, qui quodam prasagio futurorum, cum Iacobie sortitus est nomen, obsecrantis ut translatum in latinam linguam de hebreo sermone Pentateuchum, nostrorum auribus traducerem. Periculosum opus certe, et obtrectatorium meorum latratus patens; qui me asserunt in septuaginta Interpretem suggestionem nova pro veteribus codere, ita ingenium quasi vinum probantes; cum ego excepimus testatus sim, me pro virili portione in tabernaculo Dei offere que possim, nec opes alterius aliorum pauperiter fedari. Quod ut auderem, Origenis me studium provocavit, qui editioni antiquae translationem Theodosium miscut, asterisco et obolo, id est, stellâ et verâ opus omnino distinguens: dum aut illeucescere facit quæ nimis ante fuerant; aut superflua quaque jugulat et confudit, maximè quæ Evangelistarum et Apostolorum auctoritas promulgavit. In quibus multa de veteri Testamento legimus, quæ in nostris codicibus non habentur; ut est illud: *Ez Aegypto vocati Filium meum;* et: *Quoniam Nazareus vocabitur;* et: *Videbunt in quem compunserunt;* et: *Fluminâ de centro ejus fluat aqua vivæ;* et: *Que nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt,* que praeparavit Deus diligenter se; et multa alia quæ proprium *vocavæ* (2) desiderant. Interrogamus ergo, eos ubi haec scripta sint, et cum dicere non potuerint, de libris hebreicis proferamus. Primum testimonium est in Osee, secundum in Isaïa, tertium in Zacharîa, quartum in Proverbîis, quintum tamen in Isaïa. Quod multi ignorantes, apo-

(1) Desiderius pius erat presbyter Aquitanus, qui una cum Ripario tractatum composuit de Reverentia martyrum reliquiis concedendis, quem Hieronymus contra Vigilantum produxit. Alii ferunt fusise lacum doctrinae praestantissimum, ad quem idem Pater scripsit epistolam CLIV secundum editionem Benedictinam.

(2) Vox *cōtrafacta* hic significat commentarium, sive fusiorem explicationem.

cyphorum deliramenta sectantur, et liberas (1) nenia libris authenticis praeferunt. Causa erroris non est meum expone: Judei prudenter factum dicunt esse consilio, ne Ptolomeus, unus Dei cultor, etiam apud Hebrewos duplicem divinitatem deprehendere. Quod maxime idcirco faciebat, quia in Platonis dogma cadere videbatur. Denique ubicumque sacrum aliiquid Scriptura testatur de Patre et Filio et Spiritu sancto, ut alter interpretati sunt, aut omnino tacuerunt, ut et reges sicut sunt, et arcanae fidei non vulgarentur. Et nescio quis primus auctor septuaginta celulas Alexandrie mendacio suo exuxerit quibus divisi eadem scriptarint; cum Aristoteles ejusdem Ptolomei *Geographica*, et multo post tempore Josephus, nihil tale repletarunt. Sed in una basilica congregatis, contulissent, non prophetas: aliud est enim variatum, aliud est esse interpretem: ibi Spiritus ventura predicti; hic eruditio et verborum copia, ea que intelligi transfert. Nisi forte putandus est Tullius, *Economicae Xenophonis*, et Platonis *Protograt* (2), et Demosthenis pro *Ctesiphon* afflatus rhetorico spiritu transulisse. Aut alter de isdem libris per Septuaginta, alter per Apostolos Spiritus sanctus testimonia texit: ut quid illi tacuerunt, hi scriptum esse mentiu sint. Quid ergo tamen? damnamus veteres? Minime. Sed post priorum studia, in domo Domini quod possimus laboramus. Illi interpretari sunt ante adventum Christi, et quod nesciebant dubius protulere sententias: nos post passionem et resurrectionem ejus, non tam prophetiam quam historiam scribimus: aliter enim arditum

(1) Iberi de quibus agitur propè Ponticam provinciam, Colchidem inter et Armeniam degebant, ac inde, si nonnullis auctoribus apocrynis fides, erant extitri reges Cogat.

(2) In aliis manuscriptis legitur Pythagoras, quod scribæ alicujus ignorantiae vel inattentioni vertendum.